



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

23. Monasterienses petunt Urbem suam immediatam declari. Sed  
rejeiuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

*Hermannus Theodorus à Nagel Vice-Colonellus Aulae Praefectus. Ferdinandus à Raesfelt ex Hammeren. Stephanus Theodorus Torck ex Asbeck & Vorhelm & c. Nec non DD. Joannes Rennebom & Everhardus Lewen Civitatis Coesfeldiensis Consules. Assistentibus & Ministrantibus suae Celsitudini Vicario in Spiritualibus Generali, & Sacellanus. Dirigente tunc Principis & Patriae arma Nobili Viro D. Joanne de Remunt Lutzenburgensi Generali Vigiliarum Praefecto. Inde transitum est ad epulas & hilaria inter tubarum ac tympanorum clangorem. A quibus nunc Viam revertamur.*

Ubi delegati Monasterienses, postquam à Caesare jam auditi, multa de Monasterio, de Coloniaensi processu haud *sterienses* aequa satis prolocuti dicebantur, per eos *Vienne* dies supplicem porrexerant libellum, *Ci-petunt* civitatem Monasteriensem, ut liberam & *Urbem* Imperialem Caesar declararet. Talem enim *suam im-* esse adjunctis probari citationum litteris, *mediatâ* quibus à *Maximiliano Primo, Carolo declara-* quinto, & pluribus Augustis Monasterium *ri.* ad publica Germania Comitibus constaret evocatum. Imponi Fiscali Imperij aulico rogant, ejus ut interventu civitas ceu immediata nunc tandem Imperio vindicetur. Quod autem ne vel ulli homi- *Sed rejō-* *rum diuntur.*

num constaret, Monasterium unquam in aliquo Imperij vel circulari conventu, sessione aut voto gavitum esse, seu nomen Ejus in quapiam *Recessuum* subscriptione, vel probatâ Imperij, Circularivè *Matriculâ* reperiri; sed contra potius ab immemoriali tempore, de cujus contrario nulla extaret memoria, Diœcesanas inter Civitates numeratum, imo huic ipsi *Christophoro Bernardo* ceu Principi suo publicâ inaugurationis die, exertis, erectisque ad DEUM ac superos digitis firmatam sacramento fidei jurâsse; hæc immedietatis postulatio, vigesimâ octavâ Julij à Cæsare rejecta est. Cùmque paulò post denuò instarent, causas ferendi istius decreti, si quæ forsan Cæsaris animum moverent, nolle se quidem nunc controvertere, nec ultrâ jam pro assistentia Fiscalis Cæsarem interpellare, non posse tamen vitio verti, si jus hoc immedietatis contra Episcopum & Collegium Cathedralæ, velut assertos Contradictores, latius aliquando deducant ac prosequantur; illudque sibi nunc reservent. Atq; idè necessitate compulsos, pro sui juris conservatione, in præsentia protestari, precarique, id ut protocollo seu tabulis actorum inferatur, & ipsis in fidem extractus communicetur. Eâdem Cæsar constantiâ tertio Nonas Augusti decreto antè qua-

1656.

quatrimum lato insisti, respondet, suumque Oratoribus jubet libellum reddi: superfluum arbitratus, si ad acta referretur.

Sub hac ineunte Autumno caput Monasterium invadere pestifera lues, sensimque per domos ac vicus serpens totam infectura patriam credebatur; sed publicæ piorum preces, & indicta Urbi supplicatio, quâ multi e Religiosis familiis, Crucis bajuli, ac complures cilicinis induti vestibus, oculis spectantium lacrimas excutere visi sunt, iratum Numen placaverunt. Nec tamen ideo segnius utrinque causa Viennæ agebatur, quippe controversia super jure prædij denuo agitari cæpta erat.

Hanc *Vienna* voluit *Drachterus* antiquatâ litæ, sub Imperio *Rudolphi secundi* Cæsaris, ab *Ernesto Bavaro* Electore Colonienfi, uti *Modis* agnasterienfi Episcopo, contra Monasterium

Urbem olim intentatâ, adhuc indecisâ pendente comprehendi. Quod tamen à Legato Principis negabatur; occasio tamen fuit, cur *Pragenses* ac *Viennenses* tabulas tantâ industriâ lustrârît Imperialis aulæ Senatus, ac tanto studio conquiserit, quidquid unquam controversiarum ac litium Principes inter & Civitatem potuit requiri. Cùmque ita menses aliquot super eâ quaestione variis utrinque argumentis certaretur, post maturam omnium deliberationem quinto Idus Decembris hanc demùm tulit

V

sen-

24.  
*Pestis*  
*Monasterij,**Vienna*  
*super ju-*  
*re præsi-*  
*dis agi-*  
*tur.*